

- produxe âibas? *SY.* factum; verum venit post insaniens:
 nil pepercit. non puduisse verberare hominem senem!
 quem ego modõ puerum tantillum in manibu' gestavi meis.
 25 *DE.* laudo: Ctesipho, patrissas: abĩ, virum te iudico.
SY. laudas? nõ ille continebit posthac, si sapiet, manus. 565
DE. fortiter! *SY.* perquam, quia miseram mulierem et me
 servolum,
 qui referire non audebam, vicit: hui perfortiter.
DE. non potuit melius. idẽm quod ego sentit tẽ ẽsse
 huic rẽi caput.
 30 sed ẽstne frater intu'? *SY.* non est. *DE.* ubi illum
 inveniam cogito.
SY. scio ubi sit, verum hodie numquam monstrabo. *DE.* 570
 hem quid ais? *SY.* ita.
DE. dimminuetur tibi quidem iam cerebrum. *SY.* at
 nomen nescio
 illi(u)s homini', sed locum novi ubi sit. *DE.* dic ergo
 locum.
SY. nostin porticum apud macellum hanc deorsum? *DE.*
 quidni noverim?
 35 *SY.* praeterito hac recta platea sursũm: ubi eõ veneris,
 clivo' deorsum vorsum est: hac te praecipitato. postea 575
 est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.
DE. quodnam? *SY.* illi[c] ubi etiam caprificu' magna est.
DE. novi. *SY.* hac pergito.
DE. id quidem angiportum non est pervium. *SY.* verum
 hercle. vah
 40 censen hominem me esse? erravi: in porticum rursum redi: